contingentes ab expoliatoribus restituendis. ut. iij. q. i. in primis glossa comitol. et c. Item nulli expoliato inducie sunt denegande post restitucionem. ut. iij. q. ii. si. quantum cum dilectis. Item illud nocere quod in dampno dato cum dr eius qui dampnum est passus iuramento. ut. ij. q. i. in primis. et c. vii. iij. si quando.

Audistis de his qui expoliantur ex iudicum malitia expoliantis. nunc audiatis de his qui expoliantur ex iudicum malitia expoliantis. nunc audiatis de his qui fatigantur in iudicio dolo. vel contumacia adversariorum. Videamus ergo quid sit dolus. quid contumacia. qua pena dolosus. vel contumax puniatur. Dolus est calliditas ad aliquem decipiendum adhabita ergo quid sit dolus non infertur. C. de transaccionibus cum dona. ut. ff. de reg. iu. nemo. ut. Contumacia est contra iudicem vel prelatum inobediencia. pena dolosi est ut de dolo condempnatus sit infamis. ut. ff. de his qui infamo. l. i. Item pena dolosi est ut in expensis adversario condempnetur. ut. i. e. c. ij. Illud autem de non. quod qui dolum obicit ipsum probare tenetur. ut. c. e. dolum

. Pena contumacis est ut si fuit absens ante litem contestatam in causa criminali debeat excommunicari et suspendi. ut. iiij. q. v. quisquis v. q. ii. presenti. et mittes bona eius annotantur. et post annum fisco aplicantur. ut. c. de requir. r. quicumque. et ff. de requirendis. r. l. ult.

In pecuniaria autem causa ut certa res petitur. mittitur adversarius in ipsius rei possessionem. ut. c. de prescrip. xxx. annorum. Si quis emtoris. Si vero quantitas petitur. mittitur ipse bonorum eius secundum mensuram debiti declarati. ut in auth. de exib. Si vero et c. Si vero est contumax post litem contestatam in criminali aut querere potest iudici de causa. aut non. Si liquere potest de causa iudex suam diffinitam feret in contumacem. ut. iij. q. viij. de crimine. et xx. iiij. q. iii. de illicita. Alioquin ipsum excommunicabit. xiiij. q. v. c. i. In civili. vel qui recipiet probaciones presentis. ut in auth. de testibus. c. ult. et condempnabit contumacem per sententiam diffinitam. nec poterit appellare. ut. i. e. c. ult. et c. de iud. properandum. §. Si autem reus. Illud in summa. no. quod ille qui pro contumacia condempnatur non audietur appellans. ut. ij. q. vi. Si et xxxiiij. q. iii.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.9, 10v – Bernardus Papiensis, Summa decretalium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8bw/5148/49259)